

Recueil des chartes de l'abbaye de Stavelot-Malmedy, 12

Chlodoveus rex Francorum illustri Aerico duci et Charievio comiti. Quoties inter anteriorum regum celsitudinem et congregationem sanctam monachorum pro instrumenta cartarum de qualibet re facta fuerit commutatio, oportet scripturarum seriem inter partes per nostram preceptionem confirmare. Ideo vir apostolicus dominus et pater noster Papolenus episcopus clementiam regni nostri suggessit, eo quod dominus noster et avunculus Childericus quondam rex una cum antecessore suo domno Remaglo episcopo quondam vel suis monachis, ubi ipse ad monasteria Malmunderio et Stabelaco custos esse videtur, locella aliqua commutassent. Unde accepit pars domni et avunculi nostri Childerici quondam regis locellum cui nomen Athetasis, cum hominibus ibidem commanentibus, et omne peculiare eorum vel terras eorum quas excolere videntur, his nominibus: Radefrido cum nepotibus suis, Berthramno, Gisloberto, Aganulfo, item Radefrido, Sigofrido, Rigoberto. Pro ipsa re in commutatione ipse pontifex accepit de fisco nostro locellum qui dieitur Maipa, eum hominibus ibidem commanentibus his nominibus: Adelino, Albode et Uuinegario, eum terris quas excolere videntur et omne peculiare eorum, ut haec pars ipsi pontifici et suis monachis in perpetuo tempore debeant permanere. Unde et commutationem ipsius principis etiam suis manibus roboratam nobis in presenti ostendit relegendam, quod pro firmitate studuimus petitiones eorum plenius circa ipsa monasteria vel congregationem sanctam confirmari preceptum. Cui nos hoc beneficium prestitisse vel confirmasse et in omnibus concessisse cognoscite. Precipientes enim ut quicquid constat per inspectam ipsam commutationem ipsius principis juste et rationabiliter inter ipsum et gloriosum domnum Remaglum jam dictum pontificem fuisse commutatum aut cumcambiatum, tam terris, curtilibus, casis, campis, pratis, silvis, aquis aquarumve decursibus, mancipiis, aedificiis, vel reliquis rebus atque corporibus, dominus et pater noster Papolenus episcopus ad partem jam dicta monasteria Malmundario et Stabelaco per nostrum preceptum plenius confirmato perennibus temporibus habeat confirmatum atque indultum. Et ut haec preceptio nostris et futuris temporibus firmiorem obtineat vigorem, manus nostrae signaculis subter eam decrevimus adfirmare.

Signum Chlodouei gloriosi regis (L. M.).

Datum quod fecit mensis junius dies XXV, annum II regni nostri.

Namucho [feliciter].